



## **Breviarium Chronologicum Veteris Testamenti Rerum Gestarum**

Ab Orbe condito Vsque ad Christum natum Synopses complectens.  
Xenivm Academicae Sodalitati Dominorum, B.M.V. Annuntiatae Herbipoli  
oblatum

Tres mundi ætates complectens, ab Orbe Condito Usque ad annum mundi  
2940. ante Christum 1113. ad tempora Samuelis, Et Initium Regum  
Hebraeorum: usque ad annum 1009. Monarchiæ Assyriorum imperante  
Thinæo

**Gartner, Michael**

**Herbipoli, 1695**

ÆEtates Mundi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65091](#)



## ÆTATES MUNDI.

Prima Mundi Ætas ab Adamo ad annum Mundi 1656. quo cœpit diluvium, & interitus gentium.

Secunda Ætas à diluvio usque ad exitum populi ex Ægypto, scilicet ad an: mun: 2544. qui fuit ante Christum 1509.

Tertia Ætas ab exitu populi ex Ægypto sub legislatore Moysè, & Judicibus usq; ad Reges, ab an: scilicet mundi 2644. usq; ad 2940. qui fuit ante Christum 1113.

Quarta Ætas est Regum Hebræorū usque ad finem captivitatis Babiloniæ, & initium Cyri, ac Persicæ Monarchiæ ad an: m: 3517. qui fuit ante Christum 536.

Quinta Ætas est Principiū ac Sacerdotum Hebræorū à relaxata captivitate usque ad imperium Græcorum , quod

66( )  
quod incepit an: m: 3743. ante Chri-  
stum 310.

Sexta Ætas, ab imperio Græcorum  
usque ad *Christi Regis Regum* in terras  
adventum an. mun. 4052.

Septima incepit à primo Christi ad-  
ventu, durabitq; usque ad secundum  
illius adventum ad judicium, & inte-  
ritum universi.

Octava non in mundo, sed cœlo  
inchoabitur.

Sic ætates mundi *Salianus* divisit,  
hoc tamen discrimine, quod ille an-  
nos à diluvio usque ad exitum populi  
induas ætates diviserit ; hic autem  
ob materiæ paucitatem constringan-  
tur in unam : econtra annos post cap-  
tivitatem Babyloniam usq; ad Chri-  
sti adventum, ille unâ ætate comple-  
titur ; hic autem ob materiæ multi-  
tudinem illa una ætas in duas sepa-  
ratur ; neque hoc à Lectore improbabil-  
tur, cum pauci inveniantur Scripto-  
res, qui in ætatum divisione consen-  
tiant.

\* \* \*